

Alte Drucke

**MATTHÆI || GRIBALDI MOPHAE || Iurisco[n]sulti Cheriani,
in celebri || Valentinorum gymnasio || iura ciuilia
enodantis, || de methodo ac ra=||tione ...**

Gribaldi, Matteo

Lugduni, 1541

MATTHAEI GRIBALDI IVRIS CONSVLTI CHERIANI de ratione studendi Liber
tertius.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150895

MATTHÆI

GRIBALDI IVRIS

CONSVLTI CHERIANI

de ratione studendi
Liber tertius.



IRABITVR fortasse
quispiam, quorsum liber
hic extra propositam ma-
teriam inseratur : quasi
nihil commune habeant
Musæ cum legibus. Ve-
rùm nō alienū ab īstituto
nostro fore cōperiet, si aliquot difficultiū legū in-
terpretationem, me uersibus explicasse cognoue-
rit, ut in hac quoque parte multorum desiderijs
satisfacerem, & honesti ocij, ac recreationis
exēplum darem. Nempè cum in superioribus
libris, nōnunquā à seueris legum studijs, ad le-
nora exercitia animi gratia diuerticulum fieri
concesserimus, nullum suauius, aut delectabi-
lius bonarum literarum amatori ocium esse per-
pendimus, quā Musarum dulce commercium.
Nec opponat aliquis oratorum libros potius eli-
gendos, ex quibus fluentem illam, uelut ex lacteo
quodam fonte, eloquentiam haurire, atq; imbi-

u s bere

bere liceat, quandoquidem hoc ipsum nō extrā iurisconsultorum limina quærendum est. Neque enim aliundē id petendum uidetur, quo nostris in penetralibus maximē abundamus. Quid, quæso, prudentum responsis purius, tersius, aut elegantius? quid maturius, grauius, aut diuinius? Sed de his satis suprā tractatum est. At uix potest (inquires) eloquentia cum breuitate esse coniuncta. Et quid C. Cæsaris stilo uehementius? quid Brutorum Laconismo eloquētius? Quinimodō hoc ipsum magnoperē suadet, ac delectat, quod ab omni tædio remotum est. Prōinde nihil omnino auditorum animis magis insidere, nihilq; ad instillandā auribus disciplinam utiliū, præsentius uē esse putamus, quā elegantem breuitatem. Pōst quā igitur & leges ipsæ eloquentiam redolent, & oratorum loco Caios, Celsos, Marcellos, Pomponios, Paulos, Vlpianosq; nostros habere possumus, quorū lucubrationibus, & monumentis continuam operam demus, non absurdum fuerit ad amcenissimos Thespiadū colles quandoq; diuertere, & lymphidissimis Callimi fontis laticibus sitientia labra proluerē: quod quidem à nonnullis maioribus nostris factitatum, atque obseruatum fuisse legimus. Nam & Sabinum, Paulum, Vlpianum, ac plerosq; iurisconsultorum, Homero, Vergilioq; poetarum coriphæis, familiares admodum fuisse constat.

stat. Herēniū quoq; Modestimum, nō modò poëtarum lusibus magnoperè oblectatum, uerum et eleganter ipsum uersibus scripsisse, argumento sunt epitomæ illæ in singulos Vergilij libros conscriptæ, quibus nihil sanè uenustius, aut elegantius dari potest. Sed & Caium iuriconsultum, Musarum minimè expertem fuisse didicimus. Nanq; inter cætera quærenti: An fructus pendentes, unà cum ipso fundo, actione unica uendicare liceret, monosticho dubium absoluit:

Fructus pendentes fundi pars esse uidentur.

Quòd si carmen edere non statuisset, breuius utique respondisset: fructus pendentes fundi partē esse. Cinum præterea Pistoriensem, legum interpretē celeberrimū, à quo Bartolum plerunq; solidas, ac perfectas theoricās hausisse uidemus, amatorios uersus, sed tñ castos, tñ materna, tum Latia lingua bellissimè lusiisse nemini obscurum est. Sed quid fusiùs maiorū exempla excutimus? Num singulare nobis hodie argumentū præbet, uir ille nunquam satis laudatus Andreas Alciatus, qui & Solonem Apollini, & Musas legibus ita conciliare facile nouit, ut uel ipsum Modestimum in utroq; genere præcellere non immeritò uideatur? Quamobrem uisum fuit & hoc loco iuuenes admonere, ne (si quando per ociū Musis uacare libeat) obscenis, aut famosis carminibus ingenium, stilumq; fatigent, sed nostro ma-

gis exemplo excitati, aliquod honestū, & laudabile poēma meditentur: quale esset, uel ueteris aut noui testamenti sententias, præceptaq; & historias perstringere, uel prudentum, aut Caesarū respoſa uersibus explicare. Quod & à nobis ali quādo factum, obseruatūq; fuisse, postremus hic liber facile indicabit.

DOMITIANVS

Vlpia. in ti. de iurisd. om. iud. lib.

Digestorum secundo.

Imperium aut merum, aut mistum est. Merū Imperium est, habere gladij potestatem ad animaduertendum in facinorosos homines: quod etiā potestas appellatur. Mistum Imperium est, cui etiā iurisdictio inest, quod in danda bonorum possessione consistit. iurisdictio est etiā in iudicis dandi licentia.

DIVISIO ET DIFF-

finitio Imperij.

Bart. in hac Sunt gemina imperij species, mistumq; merumq;. I. imperiū. Dicitur esse merū imperiū, quod nobile semper & cōiter. Officium, utilitasq; exercet publica: misto doc. Nobileq; officium, priuataq; commoda subsunt.

GRADVS ET EFFE-

ctus meri Imperij

Maximus.

Maximus imperij gradus est, generale potentiam
Cogens

Cogere conciliū^a, & generales condere leges^b,
 Indulgere reis^c signatos cudere nummos^d.
 Hunc superillustres soli dicuntur habere.

MAIOR ET MAGNVS.

Maiores tenet ille gradus, cui uindice pœna^c
 Aut naturalem, aut ciuilem^f tollere uitam,
 Corporeumq; & reo licitū est abscindere mēbrū,
 Nec non perpetuis damnatum ascribere remis:
 Aut ciuem exilio quem deportare^h perenni,
 Carceris æterni uel condemnareⁱ latebris.
 Hanc præses nullus^k potis est imponere pœnam.

PARVVS GRADVS.

Exercet^l paruum imperium quicumq; relegat,
 Bannitumq;^m iubet patria decedere terra:
 Compulit ut uictum Ciceronem Clodius olim.
 Huius itē imperij est (quāquā explorādaⁿ p illā,
 Crimina sunt potius) torturæ^o infligere pœnam,
 Afficere^p aut grauius corpus cuiusq; nocentis
 Fuste, uelut multò duris, uel cedere flagris.
 Imperij nequeunt^q species legarier istæ.

MINOR GRADVS

Imperium minus est, modico pro crimine corpus

a xvij. dist. 2
tot.

b l. i. de const:
princ. & l. i.
non ambigi
tur, de legi.

c l. ij. & si. C.
de gene. abo
litio.

d l. ij. C. de fal
mone.

e dicta. l. impe
rium.

f l. illicitas. S.
qui uiuier/
fas, de offi.
præsidis.

g auc. de colla
to S ad hoc
prohibem?

h l. aut dānā,
S. præfecto
planēvrbis.
de pœn. et. l.
iter pœnas.
de interdic.
& relega.

i Bartol. in. l.
ij. de publi.
iudi.

k l. ij. S. cōstat,
de pœn.

l l. nulli. iunc.
gl. C. de sen
ten. & inter
locut.

m l. inter pœnas. S. decuriones. de inter dic.

n l. i. de quæstio.

o auc. de testi. S. si verò ignoti.

p l. si quid erit. de offi. proconsul.

q l. i. S. qui mandaram, de offi. eius, iunc. l. solet, de offi. proconsul.

a l. magistrati Castigare parū^a, atq; leues cognoscere noxas. b.
bus. de luris
di. om. iudic. Iure magistratus cunctis hic competit actus

b l. leuia. de ac Iudicibus, c specię nec parua coërtio per se
cusatio.

c Auc. de de. Efficit, ut doctor post glossam sensit Arena.
fensio. ciuit.
S. audient.

MINIMVS GRADVS.

d l. eos. C. de Imperij minimi esse leues d imponere multas
modo mul. Proditur, hosq; gradus legari c posse fatendū est
cia. & l. ij.
C. de spor. Iure magistratus, quoniam constare probantur.
tu.

MAXIMVS GRADVS

e l. j. in princa
de offic. eius
cui manda. misti Imperij.

f l. ij. C. de his
queni. eta. Imperij totidem misti, iam sæpe receptum est,
impe. Esse gradus, quorum supremus principe solo
g l. ij. de ado. Dignatur: ueluti f ueniam concedere ficta
ptio. Aetatis, natumq; patri in sua iura roganti

h Auc. quib.
mo. natu. ef. Annuere g, ex labem genituræ auferre pudeda.
fi. sui. S. il. Legitimosq; suo rescripto h reddere partus.
lud.

MAIOR GRADVS.

i Auc. quæ
supplicatio. Maior item gradus est de se cognoscere posse.
C. de preci. Seu i cum præfecto à summo sententia dicta,
impe. offe. l.
j. et. ij. C. qñ Eiusdem imperio rursum excutienda refertur.
libel. princ. Namq; ab eo nulli licet appellare, k sed altum,
dar. l. j. C. de
offi. præfec. Porrectis iterum precibus, l tentare tribunal.
præto. oriē.
k l. vni. de off. Hunc princeps soli Præfecto indulsit honorem.
pfe. præto.

MAGNVS GRADVS.

l l. vni. C. de
sent. pf. pto. Tertius imperij misti gradus adnumeratur,
Bar. in. d. Quem magnum dicūt, plenæ cum causa requirit
l. imperiū. Cognitionis opus, uel si qua coërtio rerum,
col. 3. Personæ ue cedit priuata ad cōmoda tantum.

Vt cum

Vt cū aliquē Præses, seu Prætor in integra iura a
Restituit, a uel decreti uirtute secundi

Quem possessorem statuit, b spoliat uel tenentem,
Ipsa re expellens, c legari haud talia possunt d
Iure magistratus, quia non dicuntur haberi.
Sanè illo casu e gradus hic mandabilis est, cū
Restitui possunt se in pristina iura minores.

Nam fauor hic f iuuenū teneris conceditur annis: c
Consilio ac fragili, quoniam subiecta g putatur
Multorum insidijs, uarijsq; hæc fraudibus atas.

PARVVS GRADVS.

Cōsequitur paruus quarto gradus ordine misti
Imperij, quoties h adhiberi plena iubetur
Cause cognitio, sed quæq; coërtio i cessat:
Vt quando rerum possessio k traditur ulli
Ius tribuens: uel cū iudex pronunciat esse
Quem possessorem l statuendum iure secundi
Decreti: uel cū celebrandis actibus ultrò
Se autorem præstat, decretumq; m inserit illis.
Mādari hæc pariter nequeūt, n quia nō tribuūtur
Iure magistratus. uerūm hæc sententia fallit
In dando tutore: o fauor nanq; exigit istud
Pupillaris, ut hic fiat mandabilis actus.

MINOR GRADVS.

In quinto sunt cuncta, gradu quæ iudicis alto

m l. j. & l. minorum. C. de præd. mino. & l. ij. de offi. eiuscui manda.

n d. l. nec quicquam. §. j. & d. l. ij. de offi. eius.

o l. lucius titius curator. §. cū test. de adm. tuto.

a l. ea quæ. ad municip.
b l. iubere. de iurisd. om. iudi. & l. si quis missus. iunc. glo. ne uis si. ei. & l. si finita. §. iulian. de dā. infec.
c l. q. restitue. re. de rei vñ.
d l. cū hi. §. sed nec mā. dare. de trā. factio.
e l. si. C. ubi & apd quē.
f l. j. de mino.
g l. minoribz. la. j. C. de in integ. resti. mi. et. l. si. C. si aduer. vñ.
h l. nec quicquā. §. j. de offi. procōs. & l. oia. de reg. iu.
i l. iij. §. j. de dam. infec.
k l. iij. §. pen. de bo. poss.
l d. l. iubere. de iurisd. om. iu. & d. l. iij. §. duas de dam. infec.

- a l. cognitio. §. Tractari officio, sed summam, ac leuiore
fi. de of. eius
cui mand. Cognitione solent: mandari^a & talia possunt.

MINIMVS GRADVS.

- b l. ij. C. de ma Officio, & causæ sine cognitione, b locisq;
gi. mu. l. vni.
C. de offi. iu Explicat in cunctis priuata ad commoda iudex.
di. Alexan. Vt cum se autorem domino concedit, amœna
§ nulla. in Libertate^c suum seruum donare uolenti:
auc. de defe.

- c l. vni. de off. Seu quoties^d genitor natum ditione paterna
consul. Liberat, aut fictam^e prole sibi querit adoptas.

- d §. sed eman Hæc ius dicenti species quoq; competit omni
cipatio. inst.
quib. mod. iure magistratus, ideo f mandabilis extat.
ius pat. po.
& l. magi Quod uerò mistum supra non posse relatum est
stratum. de Mandari g imperium: fallit^h cum iudicis urgens
adoptio. Causa subest animo, uel iusta absentia poscit.

- e Dicta. l. ij. Præterea fallitⁱ supremo in principe, solus
de adoptio.
f Glo. ij. in fi. Qui imperij mandare potest cuiusq; uigorem,
in. l. 2. de off. Cum sit supra omnes, atq; omni lege solutus^k.
eius.

MAXIMVS IVRIS

ditionis gradus.

- g l. solet. & l. Nec quicq;
§ j. de offi.
pcōsul. l. ij.
C. de peda. Nunc iurisdictio præscripto ex ordine simplex
iudi.
h l. aliqui. de of Pertractanda subit: totidem dicuntur & illi
fi. procōsul. Esse gradus, quorum censetur maximus, in quo
& l. j. i prin. Res præiudicij summi uersantur, ut omnes
de off. eius.
i l. vni. in fin. Causæ, quæ statum^l ac personæ conditionem
C. qui pro
sua iuridis.
k l. princeps. de legi. l. digna vox. C. eod. tit.
l l. libertas. de regu. iu.

Respi

Respiciunt ueluti^a si quisquam se neget esse
Seruū, aut libertum, ingenui, ac natalis honorem
Vendicet, & quanquam officiū seruile requirit.
Maximushic gradus, et priuata ad cōmoda tēdit.
Non nisi iudicibus summis^b permittitur eius
Cognitio, & nulli penitus mandabilis extat.

MAIOR GRADVS.

Maiores item gradus est, quoties sententia lata
Aeris defectu cruciatum corporis^c affert.
Nam luit^d in corpus quisquis non possidet ara.
Hac ratione igitur mandari^e posse negatur.

MAGNVS GRADVS.

Tertius inde gradus tractatur, quādo ualoris
Auri tercentū solidorum^f est causa, uel ultra.
Iudicibus tantum species maioribus ista
Competit, & atq; alij non est mandabilis usque,
Ni gemino in casuū, uel quando absentia^h primi
Iudicis exposcit, uel cū grauis occupat illum
Causarum numerus, in omnes cognoscere possit.
Quod nulli imperio^k concessum iure uidemus,
Causarum ut cumulus facere id mādabile possit.

PARVVS GRADVS.

Hinc Iurisditio parua est, quae uertitur intra
Tercentum solidos,^l & plenam cognitionem
Exigit: haec^m passim cunctis mandabilis extat.

MINOR ET MINIMVS.

^a l. liberis. §. si. de li. cau. l. vis ei. C. de proba. §. praedicta. les. insti. de actio.

^b l. placet la. j. C. de pe. da. iudi. l. iā. dudum. C. ubi cau. sta. agit. l. si p. C. ne de sta. defuncto.

^c l. quicūq; C. de fer. fu. gi. l. si quis iniuriam. de in ius vocā.

^d l. si. de ius vocā.

^e d. l. placet. C. de peda. iudi.

^f Auc. de de. fensio. ciui. §. & iudica. re.

^g Bar. in. d. l. imperiū. co. lū. si.

^h l. j. in princ. de offi. eius. l. aliqñ. de off. p. cōsul.

ⁱ Auc. vt de. func. seu fu. nera. eo. §. illud.

^k l. i. C. de peda. iudi.

^l d. §. & iudicare. in auc. de defenso. ciui.

^m Bar. in. d. l. imperium. in si.

- a Aut. nisi bre
ues. C. de
sen. ex bre.
ui. recitā. §
audient. in
auct. de de.
fensio. ciuit.
b Auc. de iur.
dici. §. ne au
tē. l. mediter
raneæ. C. de
ano. & trib.
lib. x.
c Auc. de mā
da. princ. §.
sit tibi quo
que.
d l. fin. C. de
ped. iudi.
Super illu
stres.
e Auc. vt ab
illustri. & q
supra causa
digni.
f Auc. de cō
cōsuli. i. pri.
l. eos. §. i. iū.
gl. C. de v. su.
g l. vni. de off.
p. fec. p. to.
h l. ius senato
rum. C. de
dig. lib. xij.
i c. vni. i. prin.
quis dica.
dux cō. vel march. in v. lib. feudo.
k d. auct. vt ab illustri. l. quoties. C. de dign. lib. xij. l. si. vt dign. ord. ser.
eo. libr.
l Auc. de appel. & intra quæ tempo. §. illo. l. præcipimus. C. de appel. l.
fi. §. pen. C. de affe. so.
m l. si in. si. C. vt digni. ord. seruo lib. xij. l. j. C. de off. magi. mili.
n l. ij. §. post deinde. de orig. iu.
- Inde minor, minimusq; grad^o simul abo sequitur
Conditione pares, quibus omnis causa^a remissa
Ponderis exigui, solidos quæ excedere centum
Nesciat. his gradibus si pleni congruus ordo
Iudicij, si cuncta fori præcepta darentur,
Longè plura forent litis impendia, b cause
Quam ualor euictæ, & damni plus inde rediret.
His igitur causis^c Iudex procedere debet
Summatim, & tales^d legandi est ampla facultas.
GRADVS DIGNITATVM.
Est quoq; bis geminus uario splendore nitentū
Ordo uirū: supillustri^e primū eminet, omneis
Transcenditq; gradus: tali fulsere decore
Romani quondam Reges, tum Consul^f uterq;
Necnon semestri cum Dictatore^g Senatus.^h
Nunc fulgent Papa & Cesar, Regesq; supremi,
Vndeⁱ magistratus cuncti fluxere per orbem.
ILLUSTRES.
Mox gradus illustri^k sequitur, cui maxima nutu
Principis excelsi legitur collata potestas.
Hunc meruere^l gradū maior Præfectus & urbi,
Questores, m rerū Comites, Equitūq; magistri.
At postquam imperiū Cesar sibi uindicat omne,
Cessarunt Dictatores, n Equitūq; magistri,

- a l.vni.de officio.præfec.præto.
 b l.iiij.in prin.de offi.præfec.nigil.auct.de appel.& int.que tempo. & limi
 liq; modo.
 c l.j.& si.de off.proconsul.& lega.
 d l.si. & viri quocq; C.ad.liul.de vi publi.

In quorum subiere locum Prætoria habentes
 Præfecti,^a quorum fuerat tam lata potestas,
 Ut leges possent inducere principis instar,
 Ut nec ab illorum sede appellare liceret.

SPECTABILES.

Tertius inde gradus spectabilis^b esse probatur
 Quo fulgent nigrilū Præfectus, Prætor & urbis,
 Proconsulq;^c timet cuius Prouincia fasces.

CLARISSIMI.

Cunctorum extremus graduū clarissimus^d extat.
 Hunc omnis retinet Præses^e Procōsulis, atq;
 Legatus,^f Doctorq; legēs,^g & quisq; Senator^h.
 Nam superillustremⁱ cōstet licet esse Senatum,
 Ordo Senatorem tantum clarissimus^k ornat.
 Nōnūquā & Prætor^l clarissimus ipse uocatur.

EGREGII.

Nonnulli uoluere gradum superaddere quintum,
 Vnde magistratus quisq; infimus haurit honorē:
 Egregius^m q; potest dici, defensor ut urbis
 Subiectæ, imperioq; carentis, municipumⁿ ue.
 Quatuor^o Imperium primi, mistumq; merumq;
 Exercere gradus possunt: uerum ultimus omni^p
 Imperio^o uacat, & iurisdictionis honore
 Contentus solo, priuatq;^p negotia curat.

SEXTVS

- e .§. si. in pē.
 digestorum.
 f l.diui. in si.
 prin.de iur.
 patro.
 h l.feminae.de
 fenato.
 i l.ius fenato
 rum. C. de
 dign.lib.12.
 k l.si senator.
 eo.ti.& l.2.
 .§.fin. C.de
 his qui ve
 nieta.
 l l.j. C. si ad
 uers. credi.
 m glo.in auct.
 vt ab illu.
 stri.in verbo
 post.Bar.in
 l.j.in princ.
 de offe.cius.
 n l.illicitas .§.
 qui vniuer.
 sas. de offi.
 præsid.Bar.
 m.l.i.in prin.
 de offe.cius.
 o d.l.imperiū.
 in fin. vbi
 Bartol.
 p Auct.de de
 fensio. ciui.
 .§. audient
 & .§.iudica
 re.

SEXTVS APHRICA

NVS LIB. XII. DIGESTO=

rum, de condic. indebi.

FRater à fratre, cū in eiusdem patris pote-
state essent, pecuniam mutuatus, post mor-
tem patris ei soluit. Quæsitum est, an repetere
possit? Respondi, utiq; quidem pro ea parte qua
ipse patri hæres extitisset repetiturum, pro ea ue-
rò qua frater hæres extiterit, ita repetiturum si
non minus ex peculio suo ad fratrem peruenisset.
Naturalem enim obligationem, quæ fuisset hoc
ipso, sublatam uideri, quòd peculij partem fra-
ter sit consecutus.

Tractabant gemini diuersa peculia fratres
Diuisim, eiusdem patris in ditione manentes.

A fratre alter egens uiginti mutua sumpsit.

Hinc naturalis contracta est actio tantum

Mox quæsitæ patri, (ciuilem nanq; potestas

Patria non recipit) defuncto exinde parente,

Partitisq; bonis inter se æqualiter eius,

Alter germano quæ mutua sumpserat æra

Vtrò persoluit, credens se iure teneri.

Quæritur: an summam condicere possit eandē?

Et certè dubium non est condicere posse,

Pro qua parte suo fuit hæres ipse parenti.

Nam quoties nummos credenti debitor hæres

Effici

Efficitur (fieri^a quoniam sibi creditor ipsi
 Nemo potest) subitò confunditur actio nata.
 Filius ergo patri succedens, iura paterna
 Pro semisse capit, summamq; à fratre receptam
 Pro parte extinguit, solum pars altera restat
 Debita germano: uerum hanc condicere frater
 Sic poterit, si non minus illi in parte peculi
 Cesserit. est siquidem talis natura^b peculi,
 Ut sua quæq; ferat lucra, atq; incōmoda secum,
 Omniaq; ex illo persolui debita possint.
 Fratri igitur nummos qui credidit, æqua peculi
 Si pars obuenit, sublata est actio tota.
 Prōinde liquet nummos condici posse solutos.

a l. vranus. in
 pri. de fide,
 ius. l. debito
 ri. C. de pac.

b Glos. in. l. j.
 §. j. si pars
 heredi. petat.

SEXTVS AFRICANVS

Lib. xxviii. Digestorum,

de lib. & hosthu.

Si filius hæres institutus sit omisso posthumo,
 filioq; substitutus nepos ex eo sit, si interim
 moriatur filius, posthumo nō nato, nepotem tam
 patri quā auo suum heredem futurum. Quod
 si nemo filio substitutus, & solus ipse institutus
 sit, tunc (quia eo tempore quo is moritur, certum
 incipit esse neminem ex eo testamento heredem
 fore) ipse filius intestato patri hæres existet: sicut
 euenire solet, cum sub ea conditione quæ in ipsius
 potestate erit, filius hæres institutus, priusquā

x ei pa

ei pareret, moriatur.

Instituit natum genitor, natoq; nepotem
Substituit, grauidamq; ignarus coniugis aluum
Præterijt : pendente utero fata ultima obiuit
Filius, inde uxor miserum proiecit abortum.

Quippe nepos patri suus hæres fiet, auoq;.

Si uerò natum solum scripsisset, & illi

Defecto nullum testator substituisset,

Tunc (quoniam hæredem, moritur cum filius, illo

Ex testamento nullum fore noscitur) idem

Patri intestato suus hæres efficietur:

Non aliter quàm si sub conditione uocatus

(Quæ nequeat quouis momento implerier) ante

Implementum eius uitales deferat auras:

Clarius ut docuit præceptor Papinianus.

Doctores hac lege notant, ratione nepotis

Suscepti natum iura amisisse suorum.

Quod temerè est dictum, nam casu filius isto

Nō potuit suus esse patri, quia posthumus in spe

Rumpendi elogium suberat, fratremq; uetabat

Ex testamento interea succedere patri,

Papinianus uti prolata lege notauit.

SERBIDIUS SCAEVO LA

Lib. x x v i i i. Digestorū. in formulā Galli,

titulo de libe. & posthu.

Gallus Aquilius sic posse institui posthumos
Nepotes induxit. Si filius meus uiuo me mo-
rietur

rietur, tunc si quis mihi ex eo nepos, siue quæ ne-
ptis post mortem meam decem mensibus proxi-
mis, quibus filius meus morietur, natus, natû ue-
erit, hæredes sunt.

¶ Posthumus ante nepos, bisena iure tabellæ,
Institui nullus poterat, nisi prima paterno
Quem sedes iungebat auo, & qui tēpore scripti
Elogij natus, tenuisset iura suorum.

Gallus^a at insignis Romanæ stirpis amator,
Antiquæ nimium legis mollire rigorem
Non ueritus (cū sæpe foret rumpenda uolūtas
Ultima testantis nato post fata nepote,
Elogij quamuis non esset tempore primus)
Induxit pariter non natos posse nepotes
Institui, formamq; dedit testantibus istam.
Si meus intereat uiuo me filius, esto

Tunc quicumq; mihi mea post nascetur ab illo
Fata nepos, neptis ue, intrâ bis quinq; ppinquos
A' fli interitu menses, successor & hæres.

A P E N D I X.

Doctores hic summa capit discordia nostros,
Quæ fuerit legis ratio, qua posthumus hæres
Institui nullus posset, nisi qui suus esset.

Et sanè illorum mihi crebrior esse uidetur
Assensus^b : quoniam persona incerta putatur
Posthumus : incertis igitur nil posse relinqui
Personis cautum fuerat^c : sententia uerum
Tantum licet ista patrum sit firma : probari

^b Paul. Ra-
pha. Imol.
Alex. Soci.
Iaf. & mo-
derniores,
^c S. incertis.
inut, de lega.

Quippe mihi nunquam potuit, nec tuta uideri.

- a *S. incerta. in* Incertas etenim personas dicimus^a, ullo
sti. de leg. *Que nequeūt signo mōstrari, aut nomine certo.*
- b *l. id quod ar* *Ut qui primus erit Consul, qui primus in hostem,*
guēdo a spē *Irruet, aut primus Capitolia celsa tenebit.*
ctali. C. de
- c *l. iij. S. nomi* Talibus haud olim poterant legata relinqui.
nati. de in Sed nec iure nouo possunt^b, cū prorsus in illis
iust. test. Incerto testans animo uersetur: at omnis
- d *S. libertas.* Posthumus ad certū signum restringitur, ut qui
inst. de leg. Ex Seia^c natus fuerit, uel coniuge tali.
- e *l. Cū iter.* Quippe nec incertæ libertas competit ulli
C. de fideic. Personæ^d, quoniam manifesto nomine seruus
liberta. Dimitti placuit: tamen illam posthumus isto
- f *d. l. iij. S. no* *Seruus iure capit,*^e certo quia nomine, claro
minatim. de *Distinguiq; potest signo f. concludimus ergo*
iniust. testa. *Posthumum ab incertis personis esse remotum.*
- Conclusio. Veram autem legis rationē credimus esse,
 g *S. posthu* *Pro nihilo, quoniam non natos priscus habebat,*
mo. inst. de *Ille rigor, miseris ut nec legare liceret,*
leg.
- h *S. ante hæ* Nec libertates concedere^g: prōinde (receptis
redis. inst. de *Ne passim uallanda modis, suprema uoluntas*
leg. *Ponderis immensi confecta negotia claudens.*
- i *Infrā ea. l.* Non nati heredis dubio penderet ab ortu,
S. ille cat^h. Cū testamenti^h caput, atq; colūna sit hæres.)
- k *l. egitecum.* Heredes solum natosⁱ lex posse uocari
& tibi Paul. Permisit, ualida ut basi confisteret actus,
de Castr. de Nam non ente^k super sumptu edificamus inani,
excep. rei iu Et fundamento positum sine corrui omne.
di.

Conso

Consonat his belle, domini quòd seruus & olim,
 Non nati institui poterat^a, quia legis in illo
 Cessabat ratio, dominum quæ sola uetabat.
 Et si opponatur: suus ergo posthumus ista,
 Debuit haud olim pariter ratione uocari.
 In promptu causa est, siquidem suus esse parenti
 Posthumus (in lucem ueniens) quicumq; solebat,
 Præteritum sese inueniens, rupisset iniquè
 Elogium patris, uel aui nil tale merentis.
 Nam legi potuisset auus genitor uerigorem
 Obijcere iniustum, si quos non scribere possent
 Hæredes, neq; præteritos impunè liceret
 Elogijs habuisse suis: suus ergo uocari
 Posthumus hac solus potuit ratione, quòd illo
 Præterito iniustè, & sine culpa scripta perissent
 Testamenta patrum, reliquos ea causa nepotes
 Inferiore gradu extantes, nondumq; subortos.
 Non ita suadebat scribi debere parentum
 Elogijs, nec enim rumpendi iura tenebant.
 Sic igitur docti constat iam formula Galli.

Q V I D A M R E C T E .

Quidam etiam rectè institui uoluere nepotes,
 Si de morte nihil fili quis dixerit, illos
 Simpliciter tantum instituens, talisq; uoluntas
 In casu ualeat, qui ex uerbis concipiatur.

I D E M C R E D E N D U M .

Credendum est pariter Gallū (dū exēpla nepotis
 Tradidit) & pronepotem etiam cōplectier eius

a l. eius seruū.
 de hæred. in
 fili.

Consilio uoluisse: igitur sic dicere phas est.
 Si uiuente nepos me præcedat, ab illo
 Tunc quicumq; mihi pronepos, & cætera. sed tu
 Obserua id, quoties iam filius ipse priori
 Pulsus sede foret, sublatuſ & antè nepotem.
 Quòd si fortè nepos desit, solusq; super sit
 Filius, & pronepos nasci speratur ab ipso
 Defuncto, his poterit proauus disponere uerbis.
 Si meus intereat uiuo me filius, esto
 Tunc mihi qui pronepos, & cætera: filius at si,
 Atq; nepos uiuunt, poterit testator utrisq;
 Concipere extinctis uiuo se, talibus utens.
 Si post me ambo mei naturæ debita soluant
 Filius atq; nepos, tunc qui nascetur ab illo
 Succedat pronepos. tamen hoc intellige, quando
 Decedit prius ipse nepos, quàm filius, ut non
 Succedente illo rumpatur scripta uoluntas.

ET QUID SI TANTVM.

Quid si testator, mortis duntaxat in unum
 Casum conciperet, patrias dehinc natus habendas
 Quouiscunq; modo exiret, sedemq; priorem
 Perderet? aut qd si ignis, aquæ interdista subiret?
 Quid si fortè nepos, ex quo speratur in auras
 Venturus pronepos, patria ditione solutus,
 Dimissus ne foret? nempe hi, & reliqui simul oēs
 Casus, testantis per quos post funera nasci
 Posthumus ipse potest suus hæres, atq; priorem
 Collimare gradum, ad legem spectare negantur
 Velleā,

Velleam, inspecto uerborum cortice: uerum
illos admitti legis sententia dicat,
Non solum in casum mortis testator, ut ipsum
Concipere elogium possit, sed prorsus in omnes.

SI EIVS QUI FILIVM.

Si pater instituit natum, ex illoq; nepotem
Nōdū utero egressū: pręgnās sit ab hostibus inde
Capta nurus, pariatq; illhic captiua nepotem,
Ambobus genitore & auo uiuentibus, hisq;
Defunctis Romana nepos ad limina saluus
Perueniat: nunquid species ad iura uetusta
Galli hæc respiciat? Velle an dogmata legis?
Hac ut lege noua, uel Galli iure uetusto
Elogium non possit aui sic rumpere scriptus?
Hoc etiam dubium similiratione moueri
In pronepote potest, si iam testator adempto
Hunc proauus nato instituat, proneposq; penates
Ad patrios redeat iam testatore sepulto.
Sed testamentum neutro cū rumpere casu
Is rediens possit, quid scire hoc expedit, utro
Rumpere iure magis nequeat, cū prodeat idē
Effectus? quōd si quisquam uelit insuper huius
Casus scire modū, interpret late explicat, huncq;
Ad Gallum spectare magis concludit, ab hoste
Nanq; nepos rediens, tunc primū natus habetur,
Euasit cū hostile iugum, quo tempore iā mors
Pallida auum, patremq; atro demiserat Orcho.
Fictē igitur natum antiqui sibi formula Galli

Vendi

Vendicat, & postliminij pro iure tuetur.

ILLE CASVS.

Ille mihi haud facilis casus quia esse uidetur.
 Si testator habet natum, ex illoq; nepotem
 Conceptum instituat, uiuisq; parentibus ille
 Prodeat urisq; in lucem, mox ipse nepotis
 Excedat uita genitor, quo iure uoluntas
 Consistet? nanq; ad Gallum non pertinet: ille
 Solos quandoquidem natos post fata parentum
 Testantum admitti uoluit. nec prouidet isto
 Velleæ in casu legis pars ulla. priori
 Nam capite hi solū institui, ac succedere possūt,
 Qui nascendo sui heredes loca prima capeſunt.
 Posteriori autem succedens, non prohibetur
 Rumpere defuncti tabulas, nisi tempore earum
 Qui iam natus erat, demum Vellea priori
 Permittit lex institui quicumq; suorum
 Acciperent nascendo gradum, sed posteriori
 Permittit nullum institui, tantum uetat illos
 Rumpere, iam nati ueniunt qui in iura suorum,
 Ne minus idcirco ualeat suprema uoluntas,
 Quod primis illi subeunt loca prima remotis.
 Verum præmisso in casu procedere debet,
 Ut recte utiliterq; à testatore uocatus
 Posthumus ille nepos sit, qui succedere nullo
 Iure prius poterat: siquidem nec tempore facti
 Natus erat testamenti, nec iura suorum
 Nascendo obtinuit, cum alius præcederet illum.
 Saluius at legem hūc Velleam induxit, utrūq;

Commi

Commiscendo caput ne testamenta perirent.

Q V A E R E M V S.

Queremus pariter salui iam mente recepta,
Si nascatur adhuc uiuo genitore uocatus
A testante nepos, auus hinc emancipet illum,
An admittatur tanquam spontaneus hæres?
Vel suus? & magis est sponte ut succedere possit.
Nam uiuentis aui semel à ditione solutus.
Haud illi potuit fieri suus amplius hæres.

AE MILIUS PAPINIANVS

Præfectus Prætorio, Lib. xxviii.

Digestorum, titu. de uulga.

& pupillari.

SI filius qui patri, ac postea fratri ex secundis
tabulis hæres extiterit, hæreditatem patris re-
cuset, fraternam autem retinere malit, audiri debet.
Iustus enim Prætorum facturum existimo, si fra-
tri separationem bonorum patris cōcesserit. Et
enim ius dicentis propositum est, liberos oneri-
bus hæreditarijs non sponte susceptis liberare,
non inuitos ab hæreditate remouere, præsertim
quod remotis tabulis secundis legitimam haberet
fratris hæreditatem. Itaque legata duntaxat ex se-
cundis tabulis præstari debent, habita ratione fa-
cultatum in falcidia, non patris (ut aliàs solet) sed
impuerberis.

x s Filius

¶ Filius & patri, & puero fratri extitit heres:
 Patri equidem inuitus bisena iure tabella,
 Sponte tamē fratri, qui iura paterna libenter
 Nouerat, & geminos adeundo iunxerat asses.
 Filius ergo sagax, patris bona mista uolebat
 Fraternali refecare bonis, ne forte nocerent.

^a I. sed si plu-
 res. S. filio
 de vulga, &
 pupil.

Quæritur, an possit communis regula^a sane
 Obstat iuncta semel: quoniam diuersa facultas
 Heredis factio, corpus solidatur in unum,
 Vt non inde queat diuerso iure teneri.

Hoc tamen in casu Prætores iustius hercle
 Censeo facturum, uoto si fratris honesto
 Annuat, ut damnosa patris bona linquere possit,
 Et fratris retinere sui: namq; una uoluntas
 Prætoris fuit, heredes absolvere natos
 Suscepto non sponte iugo, non protinus illos
 Inuitos remouere bonis, quæ amittere nolunt.
 Fratri id præsertim non debet iure negari,
 Quandoquidem & tabulis idem fraterna secūdis
 Semotis bona perciperet, fratris uelut heres
 Legitimus. casu hoc igitur legata secundis
 Ex tabulis, heres solum præstare tenetur

^b I. in ratione. Falcidiam imponens, habita ratione bonorum.
 S. quod uul-
 go. ad. l. fal-
 cidi.

AEMILIUS PAPINIANVS,
 ti. de uulga. & pupill.

Centurio filio, si intra uigesimū quintū annū
 ætatis suæ sine liberis uita decesserit, dire-
 cto

Et substituit: intra quatuordecimū annū etiā propria bona filij substitutus iure communi capiet. Post eam uerò etatem ex privilegio militū patris duntaxat, cum fructibus inuentis in hereditate.

¶ Centurio natum instituit, rectis simul illi.

Substituit Titium uerbis, sub conditione

Idem si natus uita decederet intra

Bis denu, & quintū sine descendantibus annū.

Hoc casu impubes migret si filius eius,

Omnia communi Titius bona iure capeſset:

Si uero natus pubes decesserit, idem

Fortuna tantum speciali iure paternas

Militiæ capiet, cum fructibus inde repertis.

Casareum tamen his responsum obſtare uidetur.

In l. precibus. C. de impube.

IV LIVS PAVLVS

Lib. xxx. Digestorum.

de lega. III.

RE coniuncti uidentur, nō etiā uerbis, cū duobus separatim eadem res legatur: item uerbis non etiā re. Titio & Seio fundum aequis partibus do, lego, quoniam semper partes habent legatarij. Præfertur igitur omnino ceteris qui & re, & uerbis coniunctus est. Quod si re tantum coniunctus sit, constat non esse potio- rem. Si uerò uerbis quidem coniunctus sit, re autē nō, questionis est, an coniunctus potior sit, & magis est ut

est ut nec ipse præferatur.

Re tantum iuncti, non uerbis esse uidentur

Hi, quibus insolidum prima testator eandem

Rem facie legat disiunctim, talibus utens:

Seianum Titio fundum do, lego, & eundem

Caio do, lego: insolidum nam cuiq; uidetur

Traditus, at facto concursu scinditur æquis

Partibus inter eos. quòd si sermone sub uno

Res eadem expressis legetur partibus, illi

Coniuncti tantum uerbis dicuntur, ut isto

Panditur exemplo. Seianum partibus æquis

Do Titio & Caio fundum. reliquis tamen ille

Præfertur, quire & uerbis coniunctus habetur.

a l. qui filiū. S. Vnica nam ratio succumbit^a pluribus, uno

fabinus. iñc.

glos. ad tre.

bellia. l. scri

pto. in fine.

vñ libe.

b S. sed ho

die. insti de

adoptio.

Auc. itaq;

C. cõmu.

de succeſs

sio.

c l. si relique

ro. de legi

ti. tuto.

Fortius^b ac nodo coniungunt uincula plura:

Quòd si re tantum fuerit coniunctus, eundem

Verbis coniuncto haud potiore cõstat haberi.

An uerò uerbis coniunctus debeat illi

Præferri, dubium est: sed tandem uerius esse

Credimus, ut nec ei uerbalis prædominetur.

Nanq; pares^c causa pariter concurrere debent.

AEMILIVS PAPINIANVS

lib. xxxv. Digestorum. de con

ditio. & demonstra.

Mvlieri & Titio ususfructus (si non nupse
rit mulier) relictus est. Si mulier nupse
rit,

rit, quandiu Titius uiuet, & in eodem statu erit,
partē tantū ususfructus habebit. Tātū enim bñfi
cio legis ex legato concessum esse mulieri intelli
gēdū est, quantū haberet si conditioni paruisset.
Nec si Titius (qui conditione defectus est) lega
tum repudiet, ea res mulieri proderit.

Fundi ususfructum sub conditione reliquit
Testator Titio, ac Titia si haud nuberet illa:
At mulier nupsit, defuncti lege soluta.
Queritur, an solidum legatum possit habere?
(Papinianus ait) Titia pars unica tantum
Competit haud aliter, quā si testantis inanem
Seruasset legem: uerum pars altera (dōnec
Spirabit Titius, statu ue fruetur eodem)
Tantis per penes heredem suspensa manebit.
Tantum etenim Titia ex legato (iure benigno)
Consequitur, quantum si non nupsisset haberet.
Nempe maritales tēdas si casta recusans
Defuncti legem seruasset, portio fructus
Ad Titium facto concursu pertinuisset.
Non igitur debet plus quā commune ualere
Ius speciale quidem, nec plus afferre fauoris,
Quin partem interea Titius, si sponte uacatē
Spreuerit, haud Titia id quicquā pdesse ualebit:
Quādoquidē nequeat (quod nō sibi cōpetit) nullus
Spernere, nec reliquis aliena remittere iura.

IDEM PAPINIANVS DE

condi. & demon.

Pater

Pater Seuerinā Proculā Aelio Philippo cognato nuptijs testamento designauit. Eidē filia prædium (si Aelio Philippo nupsisset) uerbis fideicommissi reliquit: quod si non nupsisset, idem prædiū Philippo dari uoluit. Nondum uiripotēs puella diem suum obiit. Respondi, cū in conditionibus testatorum uolūtatē potius, quā uerba considerari oporteat, Aelio Philippo fideicommissum ita demum datum uideri, si ei Procula, defuncti filia, nubere noluisse. Quare cū ea (priusquam uiripotens fieret) uita decesserit, conditionem extitisse non uideri.

¶ Hac fundum Procula testator lege reliquit. Nata, cognato si nuberet illa Philippo. Non nubente autem, fundum legauit eidem Cognato. Impubes uitalibus excidit auris. Filia: legatum sibi uendicat ergo Philippus, Cū Proculam constet, sibi non nupsisse, sed illi Deberi haud fundum respondit Papinianus,

a 1. ea quā, C. Atque uoluntatem^a potius, quā uerba sequēdam de fideicō. Testantis non nupsisse autem filia dici
1. cū uirō. Iure nequit, quæ nec potuit, b nec uoluit unquam.
C. eod.
b 1. j. de su. & legitī.

IDEM PAPINIANVS DE
condi. et demon.

Cum auus filium, ac nepotem ex altero filio heredes instituisse, à nepote petijt, ut si m
trā an

erā annum trigesimū moreretur, hereditatem patruo suo restitueret. Nepos liberis relictis, intra etatem suprā scriptam, uita decessit. Fidei commissi conditionem coniectura pietatis respondendi defecisse, quod minus scriptum, quā dictum fuerat, inueniretur.

¶ Instituit genitor natum, ex natoq; nepotem Defuncto, atq; illum patruo bona reddere iussit, Terdenos intra quoties decederet annos.

Euenit casus: decessit tempora pubes Intra dicta nepos, ex coniuge prole relictā.

Queritur, an patruo sit restituenda facultas?

Et certē inspecto uerborum cortice, quisq; Diceret admitti patrum, cū nulla legatur Conditio prolis tali præscepta relictō.

Verū (consultos iuris celeberrimus inter Ingenio, & cunctos excellens) Papinianus Oppositum tenuit, menti testantis inherens:

Expressa ueluti sub conditione nepotem Vixisset, quoties sine prole excederet auo,

Atq; minus^a scriptum fuerit, quā uoce rogatū.

Hoc etiam Princeps firmavit^b Iustinianus.

^a 1. quoties. §. j. de her. insti.
^b In l. cū auctissimi. C. de fideicom.

DOMITIVS VLPIANVS LIB.

xli Digestorum, tit. de acqui. poss.

Nihil commune habet proprietas cū possessione, & ideo nō denegatur ei interdictum
uti

uti possidetis qui coepit rem uedicare. Non enim uidetur possessioni renuntiasse qui rem uedicauit.

Nil equidem commune simul dicuntur habere

^a l. j. §. huius autē vii pos-
sede. Proprietas^a rerum, & simplex possessio. namq;
Re, causa, effectu distant. permittitur ergo

Huic qui rem petere incoepit, pendente priori
Iudicio, retinenda etiam interdicta mouere.

Non etenim qui principio rem uendicat, idem
Iure insistendi se excludere uelle uidetur.

Hoc uerum nisi iam cepto de iure petentis

^b Cap. pastor-
ralis. extra
de cau. pos.
& propri. Iudicio, in causa conclusio^b facta fuisset,

Aut causae finem sententia lata dedisset.

^c Cap. j. de re-
sti. spolia. c. Quod semper cedit^c possessio proprietati.

At donec spes est, quod possessoria causa

cū ecclesia
futrina. et. c. cū dilectus. Accipiet citius finem, quam questio iuris

Intentata prius, legum non usq; putatur

^d l. is qui desti-
nauit. de re-
vendit. l. si de
vi. de iur. si. l.
exitus. de ac-
qui. pos. l. or-
diarij. C. de
rei vendit. l. si
certi. C. de
interdic. Ordo^d ita lesus, ut haud fieri cumulatio possit.

Tunc diuersa etenim cumulari iure uetantur

iudicia, haec quoties^e finis praeventio cessat.

TITIVS CAIVS Lib. XL. Dige-
storum, titu. de usucapio.
seu usurpatio.

^e l. fundū. &
l. fundi. de
exceptio. Sⁱ is qui pro emptore, per se, uel seruū, ex cau-
sa non peculiari possidebat, ante usucapio=
nem ab hostibus captus sit, uidendum est an here-
di eius procedat usucapio. Nā ei interruptitur

usus

usucapio. Et si ipsi reuerso non prodest, quemadmodum heredi eius proderit? Sed uerum est eum in uita sua desisse possidere: ideoq; nec postliminium ei prodest ut uideatur usucapisse nec heredi eius legis Corneliae fictio. Quod si seruus eius qui in hostium potestate est, ex causa peculiari emerit: in pendenti esse usucapionē Iulianus ait. Nam si dominus reuersus fuerit, intelligi usucapum: si ibi decesserit, dubitari an per legem Corneliā ad successores eius pertineat. Marcellus, posse plenius fictionē legis Corneliae accipi. Quē admodū enim postliminio reuersus, plus iuris habere potest in ijs quæ serui peculiari nomine egerunt, quā in ijs quæ per se, uel per seruū ex causa non peculiari possidebat, cum ad hostes peruenit: sic heredes eius legis Corneliae fictione. Nam hereditates in quibusdam uice personæ fungi receptum est: ideoq; in successoribus locum habere usucapionem.

¶ Si is qui rem per se, aut seruū non iure peculi Ex titulo pro emptore tenēs, sit captus ab hoste, An usucapio heredi procederet eius
 Quæsitum est. et sane ipsi interrupta reuerso est, Nec postliminio reparatur. fictio nanq;
 Legis, facta nequit semel interrupta referre.
 Quod si non illi ualet hæc prodesse reuerso
 Fictio, quo pacto Cornelia proderit eius
 Heredi, cum non possit plus iuris habere

Successor, quàm re in ppria defunctus haberet?
 Quòd si captiui seruus rem iure peculi
 Emerit, hoc casu domino bona cuncta reuerso,
 Lex postliminij seruat quæsita. sed utrum
 Lex successorì pariter Cornelia profit
 Saluius in dubio posuit: Marcellus at ista
 In specie legem Corneli plenius esse
 Sumendam, heredi iura ut quæcunq; reseruet.
 Nanq; uelut dominus plus iuris habere reuersus,
 In factis ualet his, quæ serui iure peculi
 Interea egerunt, quàm quæ possederat ante
 Per se, uel seruos eius, non iure peculi.
 Lex successorì pariter cornelia prodest.
 Vniuersalis siquidem successio, multis
 Casibus heredi conseruat iura futuro,
 Personam ac domini defuncti sustinet. ergo
 Heredes etiam capere usu posse fatendum est.

IULIUS PAVLVS IN CATONIS
 responsum, Lib. XLV. Digestorum,
 titu. de stipulatio.

C Ato libro quindecimo scribit: Pœna certæ
 pecuniæ promissa, si quid aliter factum sit,
 mortuo promissore si ex pluribus heredibus unus
 cōtrā (quàm cautū sit) fecerit, aut ab oībus hære=
 dibus pœnā cōmitti p parte hereditaria, aut ab
 uno p portioē suā, ab omnibus, si id factū (de quo
 cautum

cautum est) indiuiduum sit, ueluti iter fieri: quia quod in partes diuidi nō potest, ab omnibus quodammodo factum uidetur. At si de eo cautum sit quod diuisionem recipiat, ueluti amplius non agi, tunc eū heredē qui aduersus ea fecerit, pro portione sua solum pœnam committere. Differentiæ hanc esse rationē, quod in priore casu omnes cōmisisse uidetur (quod nisi insolidum peccari non poterat) illam stipulationem per te non fieri, neq; per heredem tuū, quominus mihi ire agere liceat. Sed uideamus ne non idem hīc sit, sed magis idem quod in illa stipulatione Titium, heredemq; eius ratum habiturum. Nam hac stipulatione, & solus tenebitur qui non habuerit ratum: & solus aget à quo fuerit petitum (idq; & Marcello uidetur) quamuis ipse dominus pro parte ratum habere non possit.

¶ Certa fuit quoties promissa pecunia, si quid factum aliter fuerit, mox promissore sepulto Heredum contra promissum fecerit unus: Sic Cato distinxit: pœnam uel ab omnibus assis Diuisi pro parte rata, aut duntaxat ab uno Committi pro parte sua. nam si illud agendum (De quo inter partes cautū fuit) esse probetur Iure indiuiduum, ut præstari iter, unius eque Culpa nocet cunctis. etenim fecisse uidentur Omnes, quod nulla in partes ratione secatur. At si diuiduum est factum, uelut amplius à se

A reliquis nec agi sibi succedentibus, hæres
 Is pro parte sua solus debere putatur
 Defuncti pacto qui contrauenit: agendo,
 Inter præmissos casus discriminis illa
 Profertur ratio: quoniam stipulatio per te
 Non fieri, hæredem'ue tuum, mihi quominus ire
 Sit licitum, meritò à cunctis commissà uidetur:
 Quàdoquidè insolidū semper peccatur ab uno.
 Ast alio in casu spectandum est, num magis illi
 Congruat ista sequens stipulatio, teq; tuumq;
 Hæredem conuenta ratum promissa habiturum.
 Hac etenim facti in specie ille tenebitur hæres,
 Solus habere ratum qui noluit: is quoq; solus
 Rectè aget, à quo uno fuerit non iure petitum,
 Et si in parte ratum dominus non possit habere.
 Nam domini hæredes solidum ius scinditur inter.
 Id quoq; Marcello summa ratione probatur.

PAPINIANVS LIBRO XLV.

Digestorum.

ITa stipulatus sum: Te sisti certo loco, si non
 stiteris .l. aureos dare spondes? Si dies in stipu-
 latione per errorem omissus fuerit, cū id agere
 tur ut certo die sisteres, imperfecta erit stipulatio,
 non secus ac si quod pōdere, numero, mensurā ue
 continetur, sine adiectione ponderis, numeri,
 mensuræ ue stipulatus essem, uel insulam adifi-
 cari

cari non demonstrato loco, uel fundum dari non adiecto nomine. Quod si ab initio id agebatur, ut quocunq; die sisteres, et si non stitisses pecuniā dares, quasi qualibet stipulatio sub conditione concepta, uires habebit, nec ante committetur stipulatio, quam fuerit declaratum reum promittendi sisti non posse. Sed et si ita stipulatus fuero: si in Capitolium non ascenderis, uel Alexandriam non ieris centum dare spondes? non statim committetur stipulatio, quamuis Capitolium ascendere, uel Alexandriam peruenire potueris, sed cum certum esse coeperit te Capitolium ascendere, uel Alexandriam ire non posse. Item si quis ita stipuletur: si Pamphilum non dederis, centum dare spondes? respondit Pegasus non ante committi stipulationem, quam desisset posse Pamphilus dari. Sabinus autem existimabat (ex sententia contrahentium) post quam homo potuisset dari, confestim agendum, et tandiu ex stipulatione non posse agi, quandiu per promissorem non steterit quominus eum daret: idq; defendebat exemplo, penus legata. Heredem etenim si dare potuisset penū, nec dedisset, confestim in pecuniam legatam teneri scripsit: idq; utilitatis causa receptū est, ob defuncti uoluntatem, et ipsius rei naturā. Itaq; potest Sabini sententia recipi, si stipulatio non a conditione coeperit, ueluti si Pamphilū non dederis dare tantū spondes? Sed si ita concepta sit

stipulatio : Pamphilum dare spondes, & si non dederis, tantum dare spondes, quod sine dubio rerum erit, cum id actum probatur, ut si homo datus non fuerit, & homo, & pecunia debeatur. Sed & si ita cautum sit, ut sola pecunia nō soluto homine debeatur, idem defendendum erit, quoniam uoluntas fuisse probatur ut homo solvatur, aut pecunia petatur.

C A R M E N.

Debitor Alpheno stipulanti sistere certo
 Promisit se Nerua loco, & nisi sisteret, illi
 In pœnam dare quina decem : prius hoc tñ acto,
 Ut certam faciendā diem stipulatio haberet.
 Missa dies errore fuit : stipulatio sanè
 (Imperfecta uelut) nullum est habitura uigorem,
 Haud aliter quàm si stipulatio fiat earum
 Rerū quæ numero, mensura, aut pondere cōstāt,
 Mensura, numero, uel pondere prætermis̃sis.
 Siue loco quoties aliquis promittit omisso
 Aedificare domū, aut tacito dare nomine fundū.
 Quod si principio fuit actum, ut sisteret idem
 Promissor quocunq; die, stipulatio moxq;
 Addita pœnalis, non secius illa ualebit
 Ac quæuis alia sub conditione recepta.
 Nec committetur prius hæc stipulatio, nisi
 Quam promissorem fuerit non posse probatum.
 Sic etiam si sit quisquam stipulatus ab ullo,
 Si non ascendet Capitolia, siue Corinthum

Non

Non ierit, centum det pœnæ nomine: talis
 Haud committetur stipulatio protinus: at tunc
 Cùm promissorem Romanas scandere in arces
 Constitit non posse, urbē uel adire Corinthū.
 Si quis item fuerit stipulatus: si mihi stichum
 Non dederis, centum dare spondes? Pegasus isto
 Promissam casu pœnam non ante putauit
 Committi, quā posse dari desisset eundem.
 Diuersum ast alia sensit ratione Sabinus.
 Nempe dari postquam stichus potuisset, agendū
 Ocyus, & tantisper agi non posse per ipsum
 Dū promissorē haud steterit, quā traderet illū.
 Exemploq; penus legata id iure tueri
 Tentabat, si nanq; penum dare noluit haeres
 Cū potuit, subito legata pecunia coepit
 Deberi: at summa isthuc utilitate receptum est
 Natura suadente rei, extremiq; fauore
 Arbitrij uerū sententia fortē Sabini
 Admitti poterit, si non stipulatio ab ipsa
 Conditione ortum capiat: ueluti: mihi stichum
 Nō dederis, tantum dare spondes? sed si ita dictum
 Extiterit: stichum dare spondes? & nisi eundem
 Tradideris tantum promittis soluere: tali
 In specie, haud dubiē est sententia uera Sabini:
 Præsertim si inter partes conuenerit: ut si
 Non datus is fuerit, cessans promissor utrunq;
 Debeat, et stichū, et nūmos, uerū et si ita cautū
 Duntaxat fuerit, seruo ut non inde soluto

Sola peti possit promissa pecunia: dici
Hæc quoq; idem poterit, quoniã mens ista fuisse
Creditor, ut solvatur homo, uel pœna petatur.

LEX FILIVM QVEM HABEN-
tem. C. famil. hercis. suo nitori restituta.

IOVIVS ET HERCVLIIVS. CC. AA.
DIOCLITIANO.

Filius cui pater fundum in peculium dederat,
portionem hæreditatis cohæredibus (centum
vice mutua acceptis) sub conditione restituere ius-
sus est. In familiæ herciscūdæ iudicio primùm hæ-
reditariam fundi partem, pecuniamq; à cohære-
dibus perceptam in quartam imputabit, & quod
deerit in eodem fundo^a, ex aliorum portionibus
supplebit, reliquũ hæreditatis omnimò restituet.

^a Hic stat spe-
cialitashuius
legis, pretext.
in. l. ij. C. ad.
l. falcid. cum
ibi not.

¶ Ex natis genitor fundum donauerat uni,
Vt frueretur eo concessi iure peculi.

Dehinc testamento natos equaliter omnes
Instituit: sed eum cui fundi cesserat usum,
Obliquis uerbis sub conditione rogauit,
Vt partem propriam germanis redderet, illos
Astringens pariter certam persolvere summam.
Conditio euenit. Fratris pars tota grauati
Poscitur à reliquis: summa tamen ante soluta,

ille

Ille prius fundum (uelut à uiuente relictum
 Patre sibi) quartamq; simul deducere tentat.
 Queritur, inter eos qualis diuisio fiet?
 Et super hoc gemini responsum Caesaris extat,
 Vt prius ille suam fundi deducere partem
 Debeat in quartā, & quicquid percepit ab ipsis
 Fratribus: & si illā nō hęc simul omnia possunt
 Supplere, in fundo reliquum capiatur eodem,
 Quodq; ultrā quartam fuerit, mox restituatur.

LEX EAM Q. VAM. C. DE FI-
 deicommissis, suo nitori restituta.

VALERI. ET GALLIE. CC. AA.

FALCONI.

SI Aemiliam testator, uelut adoptiuam insti-
 tuit, & ea intrā pubertatem decedēte, hære-
 ditatem Titio restitui iussit. Quauis de adoptio-
 nis, ac testamenti uiribus dubitetur, tamen fidei-
 commissum ualere non ambigitur. Nam siue uti-
 lis adoptio fuerit, ad institutam, uel hæredes eius,
 fideicommissi onus pertinet: siue inutilis, legiti-
 mi hæredes testatoris restituere tenentur. Nec quic-
 quam facit quod adoptionis error institutionem
 irritam facit, & non adita ex testamento hære-
 ditate, nihil ex his, quæ in eo scripta sunt debetur.
 Si quidem in fideicommissis sola uoluntatis con-
 iectura, etiā ab intestato, succedētes ad restitutio-
 nem cogit.

γ 5 Natā

¶ Natam, ut adoptiuam, instituit testator, & illi
 (Si impubes uita decederet) esse rogauit
 Heredem Titium: sed cum de uiribus esset
 Elogij dubium, quod adoptio facta labaret,
 Quæsitum fuit, an fideicommissa ualerent?
 Et ualida esse quidem placuit: sed ualde referre
 Vtilis an fuerit, uel inanis adoptio, fictam
 Primo etenim casu natam, heredes ue teneri
 Ipsius: at fuerit si talis adoptio nulla
 Ad successores testantis, restituendi
 Legitimos onus iniunctum spectare, nec obstat
 Quod testatoris scriptum uitiauerit error
 Elogium, ex illo ^a nihil ut sit iure petendum.
 Defuncti siquidem semel explorata uoluntas
 Indicio quocunq; ipsa quoq; lege uocatos
 Heredes, facit ad fideicommissa teneri.

^a I. si nemo, de
 testamentis,
 tutel.

GORDIA. C. A. PAVLIANAE,
 titu. de fideicommissis.

Ab eo qui neq; legatum, neq; fideicommissum, neq;
 hereditatē, uel mortis causa donationē accepit,
 nihil per fideicommissum relinqui potest.

¶ Cui non legata, aut fideicommissa relinquis,
 Heredem ue facis, uel mortis nomine donas,
 Non potes huic quicquā fideicommittere, nanq;
 Frustrā imponit onus, qui nō præmittit honorē.

ALEXAN. CAE. AVG. FLO-
 rentino militi, titu. de iure
 deliberandi.

Cum

Cum debitum paternum te exoluisset alleges, pro
portione hereditaria, agnouisse te hereditatem
defuncti non ambigitur.

¶ Cum fateare tui te persoluisse parentis
Debita defuncto te successisse probatur,
Hereditatemq; rata factum pro parte fuisse.

IVSTI. CAE. AVG.

titu. de libe. prete.

Ex causa exheredationis, uel prateritionis, irritum
est testamētū: cetera uerò firma permanent.

¶ Filius exheres factus malè, siue scienter
Prateritus, caput elogij duntaxat iniqui
Euacuat, soliq; heredi demit honorem.

Cetera namq; suum conseruant scripta uigorem.

FINIS,

ALIQVOT IVRIS PRO-
blemata.

¶ De tigno precario concesso.

A Edibus imposito tigno, qui forte precanti
Cesserat, ut tignum redderet admonuit.
Reddere uelle negat qui tignum possidet, urbem

Deformem ac fieri (si repetatur) ait.

Queritur: an possit, missa ratione decoris
Vrbani, ad tignum tramite iuris agi?

¶ De substituto exheredati.

Nato exheredi genitor legata reliquit:

Et quem substituit reddere cuncta iubet.

l. gemma. ad
exhiben. l.
in rem. §. ti.
gnum. de res
uendica.

l. miles ita.
§. si miles.
de mili. test.

Id est

l. ab exhere, **I**stud posse uestant fieri dictamina legum,
 dati. de leg,
 primo. **C**ertior ut fiam de ratione precor.

l. q fundū. **¶** De legato, & stipulatione annuis.

l. falc. l. cum
 quidā. C. de
 lega. **A**nnua promisit Titius bisquinq; talenta,

l. & ideo **S.** **A**nnua legauit Lucius atq; decem.

l. a. l. si si
 chū. **S.** j. iūc. **V**na quidem fertur stipulatio, plura relicta.

l. glo. de stipu
 latio. **Q**uæ ratio hic numerum nō finit esse parem?

l. annua. & l.
 si in singu
 los. de an
 nu. lega. **¶** De legato gregis uel supellestilis,

Annua si legas, tot sunt legata quot anni.

l. l. si in sin
 gulos. & l.
 cum in an
 nos. de an
 nu. leg. **V**erbo nanq; uno tempora plura fluunt.

At tibi si fuerit grex, uel legata suppellex,

Vnum legatum dictio sola facit.

Res tamen & plures clauduntur uoce sub una,

Cur tam diuersum tempora, resq; gerunt?

l. scire debe
 mus. de sti
 pulatio. **¶** De seruo quasi libero instituto.

l. si ex toto.
 S. si. de le
 gat. primo. **T**estator seruū alterius (quem fortè putabat

l. grege. de le
 ga. ij. **I**ngenuum) instituit, substituitq; alium.

Tota quidem in geminos semisēs libra secatur,

Alter quadrantes semis, & in geminos.

Horum unus domino serui, alter iure, secundo

Competit hæredi. **Q**uis reliquum accipiet?

Verius ipse puto, totū æquis partibus affem,

Inter honoratum distribui, ac dominum.

¶ De duabus causis lucratiuis.

Serianum

Scianum legat fundum mihi Celsus, eundem

Legauit fundum Iulius atq; mihi.

Ex uno fundi speciem si consequar, illam

Nec pretium illius consequar ex alio.

Si prior est unus pretium mihi soluerit, alter

Ad fundum cogi qua ratione potest?

¶ De coniunctione hominis, & legis.

Cum testatoris uerbis coniunctio facta

Ius accrescendi sit generare potens.

Virtutem cur non coniunctio legis eandem

Obtinet? excutiat qui mihi Phœbus erit.

¶ De tutore & curatore.

Addi alius puero tutorem tutor habenti

Non ualet: est curæ accedere cura potest.

Cur tam diuersum, cum curatoris adultus

Pupillo æquetur sub ditione manens?

¶ De mortuo & nato apud hostes.

Decessisse sui cum lex Cornelia iuris

Fingat in hostili qui ditione perit:

Cur non sic nascatur apud si filius hostes,

Et redeat natum fingit in urbe prius?

¶ De Trebellianica ex peculiaribus
deducenda.

Cum successores inter res quæq; peculi

Distigui ex æquo debeat ut reliquum,

Cum pariter singlis è rebus debeat hæres

Omnia restituens, sumere falcidiam,

Insti. de leg. §.
si res aliena.

1. meum? §. duo
b², de leg. ij.

1. re coniuncti.
de leg. iij.

1. & procuro.
de lega. ij.

1. ventri. in fin.
de tuto. &
cura.

Inst. de curat.
§. interdum.
1. qui neq; §. i.
iunc. gl. in ver
bo pertinere.
de reb. eo. &
1. fin. C. si ad
uer. re iudica.

1. gall². §. si ei?
iuncta gloss.
In verbo ex
cludatur. in
fin. de liber.
& posthu.

1. certū. C. fa
mil. herciscū.
1. ij. iun. c. gloss.
C. ad. l. falcid.
glo. magna. i. l.
marcellus. §.
resque. iij. gl.
Cur ad trebellia.

1. filii quæ. C. Cur tamen in rebus tractatis iure peculi,
familiæ heredi
secund. Est illi quartam partem retinere suam?

¶ De conditione impossibili.

1. j. & 1. condi- Condicio cui uel ius, uel natura repugnat,
tiones. de cō-
di. insti. Actum non uitiatur, sed uitiatur ea.

Insti. de hære. Verum quæ est homini facto impossibilis, actum
insti. §. im-
possibilis. Inficit. hinc causam Scaenola doctè rogo.

1. cum heres. §. ¶ De Actibus quinq; legitimis.

1. actus legiti- Actus qui fieri nequeant sub conditione,
mi. de regu-
iur. Subq; die, iuris regula quinq; notat.

Quæ ratio à reliquis excepit casibus illos
(Legitimi cum sint) te precor edoceas.

¶ De actione furti & doli.

1. qui facci, de Pro minimis etiam rebus datur actio furti:
furtis. Sed non pro minimo competit ulla doli.

1. si oleum. in Et tamen in furto dolus est: infamat utrunq;
si. de dolo. Iudicium. cur lex tam uariè hinc statuit?

¶ De raptore & fure.

Insti. ubi bono, Raptores triplici uiolentum pœna coercet:
rap. in prin. Furem at quadrupli, uim licet haud faciat.

1. si oleum. in Fure igitur cum sit rapiens ui nequior omni,
si. de qua
dupli. de
actio. Afficitur pœna cur leuiore tamen?

¶ De obligatione dandi & faciendi.

1. ubi aut. §. si. Si mihi promittat stichum se Nerua daturum,
de stipula-
tio. Hunc etiam inuitus lege iubente dabit.

1. stipulationes Idem si librum promittat scribere, solum
nō diuidun-
tur. uersicu-
Celsus, de
stipula. Nam fecisse mea quantum hoc interfuit, ere

Pensa

Pensabit. causam quis mihi discutiet?

¶ De testimonio mulieris.

Quauis testari in cunctis, quoq; testis haberi

Actibus humanis foemina iure queat,

Sine inter uiuos, seu sit suprema uoluntas,

Cur soli elogio testis adesse nequit?

¶ De transactione adulterij & falsi.

Tollere, cum possit transactio crimina quaq;

Publica, cur solum uitat adulterium?

Rursus, cum haud fieri priuato in crimine possit,

Cur tamen in falsi crimine facta ualet?

¶ De colono & inquilino.

Omnia in urbano fundo mercede locato,

In tacitum dominus condita pignus habet,

Non ita quæ cultor conductum inuexit in agrū

Rusticus: at causam dicat Apollo mihi.

¶ De ficu, olea, & ceteris arboribus.

Cum pedibus distare Solon mandarit, ab agro

Vicino geminis arboris omne genus:

Cur oleam, ficumq; nouem procul esse remotas,

Iussit? in hac Caij sis ratione uigil.

¶ De spadone & castrato.

Cum spado ciuiles possit sibi querere natos,

Castrato cur non talia iure licent?

¶ De adulterio uiri, & uxoris.

Vxor adulterij cum non queat ulla maritum

Arguere, uxorem cur tamen ille potest?

Pactum

1. ex eo. de tes
si.

1. qui testamen
to. S. mulier.
de testa. i. c.
ibi gl. in ver
bo. non pos
terit.

1. transigere. C.
de transactio

1. eo iure. i. qd.
cau. pig. ta.
contra.
1. certi iuris.
C. loca.

1. fina. fini. regū
do.

1. generaliter. i.
si. de adop.
Inst. eo S. sed
& illud.
1. j. C. de adul.

¶ Pactum doloſum.

Venalem dum Seius equum proponeret, uno
Urgeri tantum dixerat hunc uitio.

Nēpe quòd arboreos nūquā conſcendere trūcos
Sueuerat. hoc emptor credidit eſſe iocum.

Fortè uiam trabibus dum pons contextus acernis
Diuideret, ſonipes ſubſtitit, ille premit:

Pugnat equus, ualidis urget calcaribus emptor.
Victus equo tandem grande relegit iter.

Tunc uitium cognouit equi non ſutile: uellet

Hunc redhibere, dolum partis ad eſſe quērēs.

Callidus at contrà pacto ſe uenditor armat.

Queritur hīc uotum Papiniane tuum.

¶ In Coruinum.

1. ſi non fue-
rint. §. fin.
pro ſocio.

Vis tibi me ſocium, non uiſ Coruine ſodalem:
Sic fieri ſocium me tibi iurā uetant.

FINIS.